



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii  
In India Socij**

**Trigault, Nicolas**

**Coloniae, 1611**

XIII. Quanta passus fuerit in his omnibus obloquia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45183**

finis. Nam & saepe prodigijs euidētibus Deus eorum gestis subscribebat. Demones è corporibus à Societatis Patribus ejeci iam vulgare. Et quid mirum è corporibus eorum iussu excedere, cùm tanto plures eorum operâ diuina virtus ex antiquis animorum domicilijs exturbaret? Ad invocationē verò S. Virginis, extemplo sub initium huius Sodalitij, tria quatuorve miracula contigerunt: quæ quia Froez alteri narranda commisit, nos ijs atque alijs permultis priuauit.

*Miracula  
la fre-  
quentia  
à socijs.*

## CAPV T XIII.

*Quanta passus fuerit in his omnibus,  
obloquia.*

**N**O N. fuissent, vt fuerunt, numinis opera, quæ Gaspar velut instrumentum perfecit, nisi fuisset qui his obloqueretur. Ita enim sunt coniuncta hæc opera, vel cum inuidia quorundam, vel peregrino quodam zelo, atque vt ait Apostolus, non secundūm scientiam, vt omnino sine ijs perfici non posse vide-

videantur. De ijs planè tacuisse, nisi hac in re non obloquentes mihi carpendos, sed patientis Gasparis exemplum proposuisse. Ac primum Iubilegium à B. Ignatio missum, non defuerunt qui carperent, suo carere pondere. id ex eo, quod pendentibus sigillis careret, probabatur; fortis scilicet argumento & conjectura, quæ dignum esset patellam perculum. Ideoque Gasparem populo imponere dictabant; sed nihil egerunt. Vulgo enim afferebat quibus hæc dicebantur, tutiūs propè se errare cum Gaspare, quam cum alijs errorem præcauere. De concionum frequentia multa quoque spargebant: quorsum tam frequentes? an populus hæreticus putaretur? Pœnitentiam sextæ feriæ immodicam esse, indiscretam; Gasparem ea inducere in morem, quæ mox essent peritura. Sed quomodo se in his omnibus Gaspar gerebat, operæ pretium est enarrare, & in hunc finem alia breuiter sunt praemissa. Primum sibi ipsi non fidens,

cūm

ZAEI  
cuissem,  
tes mihi  
Gasparis  
Ac pri-  
nissum,  
nt, suo  
d pen-  
robaba-  
o & co-  
tella-  
em po-  
sed ni-  
fferebat  
ns pro-  
, quām  
re . De  
a quo-  
m fre-  
us pa-  
e feria  
n; Gas-  
i, que  
omodo  
erebat,  
, & in  
it præ-  
fidens,  
cūm

LIB. III. CAP. XIII. 357

cūm sine Episcopi consilio & au-  
toritate nihil faceret, facile quo-  
rundam aliorum obloquia ferebat;  
dolet tamen ab ijs, qui promoue-  
re debuerant, Euangelij cursum in-  
terrumpi: sed dolebat maximè, li-  
uidum ut dicitur dentem offendere  
solido, & limam non se minùs quā  
cetera corrodere. Nam illi ipsi do-  
lentibus omnibus bonis famam  
suam & existimationem, tam neces-  
sarium ad proximorum salutē pro-  
curandam bonum, prodigebant. Ad  
se verò quod spectaret, sic scribit  
Gaspar, quod cūm quippiam ad Dei  
gloriam aggredieretur, diu antè se  
ad insultus dæmonis compararet, a-  
geretque diu inę benignitati grates,  
quod dignus iudicaretur, qui sco-  
pus esset, in quem oblocutores isti  
omnia linguaę suę tela machinas-  
que disploderent: à quibus cūm ni-  
hil omnino, sicut & à reliquis, vel  
speraret vel timeret, ita se gere-  
bat, ac si surdus, mutus, ac mor-  
tuus esset, ne ipsa quidem obloquia  
doloris sensu digna arbitratus.

Ad Do-

Ad Dominum tamen frequenti prece recurrebat, atque ex imo pectore hæc, ut scribit, proferebat: Tuum est Domine hoc opus, quod ex eo queritur aut speratur; tuus est honor & obloquium: tu itaque pro tuo arbitratu succurre; à me quidem supra vires meas nihil exigis, cetera tua fidei ac tutelæ committo. Ita Gaspar ex ipsis malis (quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum) utilitatem suam colligebat. Atque in his vel bonis procurandis, vel malis tolerandis, planè quod Romani suum volebant, Agere & pati fortia, sibi proprium efficerat: quibus rebus distentum breuis quidem eius vita, sed tamē iamdiu matura cœlo, nihil minus expectantem, & vix dum incipiētem ea facere, quæ animo designarat, occupauit. Atque ideo ad gloriosum quoque tanti pugilis obitum orationem conuer-tamus.

CAPVT